

Gottlob Friedrich Seligmann

**Rector Academiae Rostochiensis, Gottlob Fridericus Seligmann/ Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan. ... Ad Solennes Exequias, Venerabili Matronae, Annae Griesen ... Dn. Joh. Georgii Bindrimii, Pastoris Rövershagens. ... Viduae, Abs Moestissimis Relictis decentissime paratas Omnes Omnium Ordinum & Dignitatum Cives Academicos ... invitat : [P.P. d. XXIX. Februarii, Anno MDCLXXXIV. Sub Sigill. Rector. Conveniemus in Aede Jacob. hor. 1.]**

Rostochii: Prelum Weplingianum, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777450755>

Druck Freier  Zugang



32.  
Seligmann, G. F. ,

in A. Griese ,

uxor. J. G. Bindrim.

R. 1684.







Q. F. S.  
**R E C T O R**  
*ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS;*  
**GOTTLOB FRIDE-**  
**RICUS Seligmann/**

Metaph. & Phys. Prof. Facult. Philos. Decan  
Templi Cathedral. Archidiac. & apud I  
ad huc Ducalis Collegiatus

*Ad*  
Solennes Exeqvias  
Venerabili Matrona,



**ANNÆ Griesen/**

*Viri Perquam Reverendi Amplissimiq;*

**DN. JOH. GEORGII**  
**BINDRIMII,**

Pastoris Rövershageni, Ecclesiæ meritissimi,  
*vñ ex ætate,* **VIDUÆ,**

*Abs*

**MOESTISSIMIS RELICTIS**

decentissimè paratas

**Omnes Omnium Ordinum & Dignitatum CIVES**

*Academicos, quò fas est, studio*  
*invitat.*

ROSTOCHII, Prælo WEPLINGIANO, Univers. Typogr.



**V**æ, quamque singularis planè ac eximia sit adultio-  
rem ad ætatem provectorum, post superatas tot olim  
calamitates, felicitas, si quisquam alius, certè Seneca,  
transactæ vitæ memor, argutè docuit, ingeniosè de-  
monstravit. In suburbanum Te vocat is suum; ibi-  
que audias, cum villico agentem, hic de impensis di-  
labentis ædificii, illic de platanis neglectis nodosisq;  
ac retorridis ramis, alibi etiam de aliis aspectu minus  
gratis squalidisve conqueri: nec quidquam tamen, ni-  
si vetustam saltim reponi senectutem, advertas simul. Quid ipse ad hæc?  
Debeo, inquit, hoc suburbano meo, quod mihi Senectus mea, quo-  
cumque adverteram, adparuit. Complectamur illam Et memus:  
plena est voluptatis, si illa scias uti: Gratissima sunt pomæ, cum  
fugiunt: pueritia maximus in exitu decor est: --- Quod in se  
jucundissimum omnis voluptas habet, in finem sui differt. Jucundis-  
sima est ætas de vexa jam, non tamen præceps: Et illam quoque in ex-  
tremâ tegulâ stantem judico, suas habere voluptates; aut hoc ipsum  
succedit in locum voluptatum; nullis egere: quàm dulce est, cupi-  
ditates fugasse ac reliquisse? His mentem exponit suam (Epist. XII.)  
venerandus ille venerandæ Senectutis æstimator. Dixeris meritò, non  
paucas paucis comprehendi delicias. Transcriptus Senectuti pro! quan-  
tus ab antiquitate honor est. Huc Gellii locus (Noct. Attic. L. II. c. 15.):  
Apud antiquissimos Romanor. neque generi neque pecunie præ-  
stantior honos tribui, quàm ætati solitus: Majoresque natu à mi-  
noribus colebantur ad Deum prope Et Parentum vicem: atque in  
omni loco, inque omni specie honoris priores potioresque habiti.  
à Conviviis quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, seniores à mi-  
noribus Domum deducebantur: eumque morem accepisse Rom. à  
Lacedæmonijs traditum est; apud quos, Lycurgi Legibus, major o-  
mnium rerum honos majori ætati habebatur. Neque hodiè istius  
quondam dicti Valor desit: Umbra senis plus valet, quàm gladius Juve-  
ventis. Senectuti quippe & ipse Deus de Excellentibus satis prænobilibus-  
que privilegiis prospexit: dum cano capiti assurgere (Lect. XIX, 32.) Se-  
nesque haud alperari (Siracid VIII. 7.) jussit, dum item in canitie singula-  
rem posuit splendorem, ut coronam, si in viâ inveniatur justitiæ, nuncu-  
pet (Prov. XVI. 31.); ut certum præsentia suæ in præsentibus formis no n  
minuse

minus ac viris, ad summam ætatem delatis signum exhibeat (*Zach. IX, 4*  
*conf. 1. Tim. V, 1.* O quanta hæc felicitas! quanta beatitas, sub ultimam æta-  
 tem, ubi deficiunt ceterum, non deficere honorem, non deesse grati cul-  
 tûs officium; etiã in exitu superesse decorem! (*Legi quorũ in hanc rem*  
*mereatur, quæ congeffit Jacob Herrenschn. Post Symb. P. 1. p. 160.*  
*Conf. Alciat. Embl. 30.*) Sed enim, ut magnum quidem hoc multisq; deco-  
 randum encomiis bonum; externum tamen est ac alienã situm in potesta-  
 te sapiusqve proin, præter meritum licet, detractum Senioribus (*vid. Eras-  
 mad. Chil. 1. Cent. 5. §. 37.*) Sic verò omnem nondum potest pleneqve soli-  
 dam delineare prosperitatem, quicquid abs nitore illhoc expectandum vi-  
 detur. Accedit novum felicitatis argumentum, quod & in nobis ipsis,  
 sed impari plerumq; cum successu, nonnunquam veneramur. *Pacatum*  
*volo abs turbis secessum; qui quantum exhilaret mentes recreetqve, quis*  
*ritè eloquatur? Interim placidus ille maximèqve imperturbatus obtingit*  
*ad senium deventis; quos vivere tum ferme incipere cernimus, ubi ulti-*  
*mam sibi horam sciunt sentiuntqve propiorem, tum ordinare verè* (*Seneca*  
*verba adfero) diem omnem observamus, tanquam cogat agmen,*  
*Et consummet vitam atqve expleat,* ubi ipsis satis arcum restat, quod  
 transigendum est, spatium. Non habet, dicente Augustinò (*Epist. CX.*)  
 Senectus aliam, quæ succedat ætatem: neque habent ergo, qui eam adire  
 quod sperent in posterum: unde haud mirum, quod æquò animò abire hinc  
 queant, quod mollius moriantur (*vid. Sen. Epist. 30.*), ac addiderim penè  
 felicius; cum SIMILI similes, multos quidem annos numerent, sed pau-  
 cos saltim eosqve ritè impensos vitæ adscribere nõrint (*vid. Dio Cass. in A-*  
*drian.*) Quid obstat ergo, quò minus, aliis ommissis pluribus, hanc cautè  
 in terris vitæ computationem, hunc voluptatum fugacium triumphum, felici-  
 tatem Senectutis tantum non maximam reputemus! quò minus Beatif-  
 simam quoque MATRONAM Nostram cujus solennes hodiè Exequias  
 indicimus VOBIS, CIVES honoratissimi, utroqve ex Capite, seu Senectuti  
 debitum honorem spectes, seu vitæ ritè finiendæ meditationes contem-  
 pleris, felicem prædicemus? Complevit ipsa omne prosperitatis, quæ abs  
 annis numerosioribus sperari potest punctum, habuitqve, ne amicos ac be-  
 nè cupientes nominemus alios, insignia Familiæ Decora, unde honor ipsi  
 extitit, habuit per fata, quæ dum viveret, experiri iusta est, secessum  
 abs terris meditandi ansam. Quò factum ut ad faustitatem, quæ senectu-  
 ti Sacra, dum FUNUS ejus respiciendum erat, utrumqve dirigeremus ocu-  
 lum. Loquatur pro nobis historia vitæ, loquatur & mortis historia,  
 quam pari, ut accepimus, fide i. e. candidissimã, descriptam Vobis damus.



✕  
Nostra in Domino pie defuncta, ANNA Griesen/ Matro-  
na sui sexus honoratissima, nata est Anno 1614. mense Martio, ho-  
nestis piisque Parentibus. PATER ejusdem fuit, Vir Reveren-  
dus, Spectabilis Doctusque DN. DANIEL Griesen/ Pastor  
Rovershagensis per longum tempus, bene meritissimus. MA-  
TER vero Honestissima, pudicitia virtutumque dotibus conspicua  
fœmina, ILSABE Falckenbergs. Avus paternus fuit,  
Vir Reverendus, Ampliff. Doctissimus DN. JOHANNES Griesen/  
Pastor itidem, Ecclesie Rovershagensis, fideissimus. Avus  
Maternus fuerat, Vir industrius & integerrimus, JOHANN.  
Falckenberg/ Civis hujus Civitatis, ferramentorumq; arti-  
fex. Avia paterna! Castissima Honestissimaque fœmina, MA-  
RIA Schulzen/ Pomerania Civis. Materna vero Avia, fœ-  
mina pietatis pudicitiaque laude incluta, ANNA Bremse  
dorffs. Postquam hisce Parentibus edita est, beata nostra, eo-  
rundem quoque curâ per lavacrum illud πλυντηρίου: ἡμῶν ἀναγγ-  
λίου, Ecclesie Christi inserta & ad adultiorem ætatem, omniumq;  
Virtutum Christianarum exemplar ab ipsis formata est, usq; dum  
tandem, jam plenis nubilis annis, consentientibus Parentibus,  
Viro Rev. Ampliff. Doctiff. DN. JOHANNI GEORGIO Bino-  
drim/ Pastori Rovershag. Ecclesie bene merito, Anno 1632. con-  
nubio jungeretur. Quò in conjugio tranquillissime felicissimeque  
vixit, neque conjugii fructibus, ex benedictione divina, caruit,  
sed familiam suam sequenti prole auxit. Primus Lucina labor  
FILLA erat, CATHARINA, Anno 1633. 30. Junij: sequutus est Filio-  
lus, JOHANNES dictus A. 1635. 3. Julij, qui ipso quo natus est anno  
obijt. Exceptit illum Anno 1641. altera filia, ANNA dicta. Ter-  
tium gravida masculum peperit Anno 1647. 17. Junij, qui ta-  
men, JOHANNES dictus, immaturo funere Anno 1657. elas-  
tus est: Illo adhuc superstite natus est A. 1650. 30. Majj, tertius huic  
conjugi pari Filius, JOHAN. GEORGIUS dictus. Et hos quinque li-  
beros ex Marito, beate FUNCTA NOSTRA tulit. Quos omnes qui-  
dem, qui superstites fuere, diligens Parentum cura ad vera pietatis  
( 3  
exer

exercitium, morumque integritatem, præceptis, exemplis  
montis, instruxit. Donec tandem Filia natu major CA-  
THARINA, viro matura, consentientibus Parentibus,  
Anno 1652. 21. Januarij Viro Honesto pariter ac spectabili  
DN. CHRISTIANO Brümmer / Negotiatori & Zy-  
rhopæo ap. Nos primario Thalami se consortem daret. Ne-  
que hoc conjugium libris orbum esse, munificentia Dei passa,  
sed iisdem connubio sociatis, numerose prolis familiam,  
quæ denarium complevit numerum, largita est; quatuor vi-  
delic. Filios; quorum primus, JOHANNES Anno 1652. 1. Octo-  
br. natus est, sed is annis animoque integer, insperato  
heu! facto, sclopeto ictus e divis excessit Anno 1675. HENRI-  
CUS alter Anno 1660. natus, bimestris obiit; Tertius  
GEORGIUS A. 1658. & JACOBUS A. 1663. nati, valent atq;  
(det Deus diu!) super sunt: Sex verò Filias, quarum natu ma-  
jor ANNA ELISABETH Anno 1654. nata hoc ipso quoque  
denata est. Successere deinde perpetua serie Anno 1656. AN-  
NA MARIA, Anno 1661. ANNA CATHARINA  
Anno 1665. ILSABE 1667. SOPHIA. 1670. ANNA ELI-  
SABETH, in lucem edita, quæ omnes per Dei gratiam vi-  
gent valentque. Ex hisce virginibus, ANNA MA-  
RIA feliciter nupsit, consensu Parentum, Viro Virtutis & in-  
dustria spectata, GERHARDO Beckern / Negotiatori &  
Civi è primariis, Anni 1675. mense Januario: neque hoc con-  
jugij vinculum benedictionis divinae expers fuit, verum qua-  
tuor liberis ditatum; quorum primus HERMANNUS Anno  
1678. CATHARINA SOPHIA Anno 1679. HINRICUS  
Anno 1681. ANNA MARIA Anno 1683. in lucem editi sunt;  
ex quò tamen numero HENRICUS per prematuram mortem  
cito exemptus est. Hosque quatuor pronepotes ex illo connu-  
bio BEATE FUNCTA vidit. Ultimus Matrona nunc  
Beata Filius fuit ante memoratus, JOHANNES GEORGI-  
US; hic uti in teneris annis excelsa indolis speciem præbuit,  
ab ea

ab ea, in eleganti studiorum cursu, omni studio, conamine,  
ere, adjunctus est, usque dum tandem decurso feliciter studio-  
rum stadio, laureaque Magistrali ornatus, fatis ita, volentibus nec Parentibus dissentientibus, connubio jungeretur,  
Nobiliss. & omnibus virtutum dotibus excultissima Virgini,  
**ANNÆ Sandhagens** / Viri Admodum Reverendi  
Ampliss. Doctiss. DN. M. **REMBERTI Sandhagens** /  
Past. ad D. Nicol. meritiss. necnon Senioris Rev. Ministerij ejus-  
demq. Directoris gravissimi v̄v̄ ἐκ ἀγαθῆς Filie, Anno 1673. d. 8.  
Octob. Neque hoc Conjugam par, sterile, sed fecundum sa-  
tis matrimonium egit. Anno namque 1674. **ANNA DO-**  
**ROTHEA**, Anno. 1675. **JOHANN REMBERTUS**, Anno  
1676. **CATHARINA EVA**, & biennio post **REMBER-**  
**TUS HEINRICH** nati sunt. Atque hic beata nostra qua-  
tuor liberorum Avia iterum facta est. Ex quibus tamen,  
tres priores, in tenella etate, acerba morte defuncti, e divinis  
excessere. Ultimus adhuc superest tanti stemmatis non  
indecora propago. Quamvis autem Matrona nostra tot  
Nepotibus Pronepotibusque gavisā, haud mediocriter felix  
videbatur, amarorem tamen adversitatum, non extremis  
labiis libare, sed gustare opus habuit. Permissu namq. supre-  
mi Numinis, vir plurimum Reverendus & Doctiss. DN. **JOH.**  
**GEORGIUS Bindrim** / Pastor Rōvershag. Maritus con-  
junctissimus A. 1678. ad Cœlites emigravit. Caterum uti  
calamitatum mos est, juncto quasi agmine irruere, gravius  
accessit statim dolorum vulnus. Nam non ita multo post fili-  
us Dilectissimus, Maximè Rever. & Excellentiss. DN. M. **JO-**  
**HANNES GEORGIUS BINDRIMIUS**, tunc S. S. Th. Pro-  
fess. Publ. & sine dubio ad majora enisurus, vir excelsi in-  
genij atque ingentis spei, A. 1678. die 18. Maj. ex hoc ca-  
lamitatum ergastulo, in Cœlesti patriarude donandus, mor-  
te & δολόρα vere Simeonitica, exemptus est. Quò cum lu-  
ctu Nostra facile quivis colliget. Interim ipsa viduis per  
Mariti

Mariti obitum ad sociata, ad mortem usque in hoc statu  
 perduravit, dictu & domo FILLÆ usa per septennium, abs  
 quâ & quò fas erat honore & officiis culta est. Sed verò DEO  
 Opt. Max. illam ulterius in Patientia Gymnasio exercituro,  
 visum est, Matronam beatam, variis morborum generibus  
 affligere, quæ subinde conflata, in hacce palestra quoque  
 uti decuit, inque omni ad evêia fidam se constantemque DEO  
 probabit; firma fiducia illi innixa, quinos moribundos a-  
 gonizantesque convalidare & demortuos e cineribus susci-  
 tare potest. Tandem præterlapso tertio Februarij die, morbi  
 vis acrius furere cœpit, magnisque convulsionibus, intestino-  
 tum dolore gravioribusq; paroxysmis, Matronam nostram,  
 tanto cum impetu aggressa est, ut exhausta vires & velut cre-  
 bro undarum assultu laxata navicula, morti viam dederint,  
 & Filia Nepotesq; in ea & medicaminibus & somentis adhi-  
 bendis, frustra operam insumpserint: quod enim antidotum  
 adversus mortem? Sentiens igitur emigrandum esse ani-  
 ma, summo studio Deo uniri ferebatur. Accersito itaque DN.  
**M. Gottlob Friedrich Seligmann** / p. t. Acad.  
 Rect. & P. P. nec non Archidiac. ad D. Jacob. utpote Confessio-  
 nario, devote & grandi cum desiderio S. Sancta Synaxeos par-  
 ticeps facta, ab eodemque ad Mediatorem nostrum, & Mortu-  
 generis humani JESUM & sacrosancta ejus vulnera ablega-  
 ta suavissimis consolationibus mirifice erecta est. Ultimo  
 demum instante mortis articulo, adventante fatali hora die  
 25. Febr. Ao. 1684. 4. matutina inter manus lachrymasq; Li-  
 berorum & Nepotum, pie, placide, ruente hoc terrestri &  
 malè fido tabernaculo, usq; & Oes ~~no~~ ~~no~~ ~~no~~ ~~no~~, ingressa est.  
 Annos nata LXX. liberorum XIV. Avia, IV. vero Abavia.  
 Ita habet vita, ita mortis historia. En verò felicitatis in Senectute  
 felicissimum Complementum! Duobus q; seipionibus nititur, ut  
 habet Curia Posoniensis Inscriptio (ap. Chytr.) Senectus lauda-  
 bilis; Recordatione vita honestè antea & spe vite melioris. Il-  
 la præcessit, hæc nunc secuta est; illa & pietate & honore ac præ-  
 rogativâ

rogativâ non unâ in terris nituit, hæc nunc infinitis gaudiis an-  
imam reficit, æternumq; reficiet. Discessit abs nobis, quæ FELICIS Se-  
nectutis exemplar in vivis dici merebatur; discessit & honorantes  
ipsam reliquit liberos; iusto proin mœrore hodiè afflictos. Luget,  
cum Nuru, mœstissimus Gener Socrum fidissimam; desit Filia Ma-  
trem optimam, Nepotes Aviam venerabilem. Deplorent ereptum  
in pulcherrimo *Domus & Familia ornamentò* solatium; Dolent  
cessantes nunc deditissimi Cordis & oris preces: Mallent in vivis  
adhuc superesse eam, abs quâ omnigenæ felicitatis vota inaudire  
continuo solebant. At, dum lugent dolentqve, non immeritò DER-  
agnoscentes benignam voluntatem, etiam ad terminum respiciunt  
BEATISSIMÆ N. inter devota Senectutis desideria quæsitum toties  
nunc benè impetratum; ut sentiat jã satis, se nō abjectam in Senectu-  
te à DEO, non desertam fuisse, etiam si desereretur à viribus. pervenit  
namque ad æterna palatia & annos vivere incipit non desituros,  
absq; Senectute omni; sicq; veram demum aggressa est felicitate-  
tem. O habeat ergo hæc exequiarum die MEMORIÆ FELICIS &  
SECURITATIS CERTÆ (*vid. Alarou. lib. 2. Ornithol de Aquil.*)  
lætissimam Inscriptionem; suòq; Senectutis benè superatæ exem-  
plo, Senum *BeGiane* (*vid Sen. Ep. 13.*) etiam ante annos cumulosos  
ritè exclamare nos doceat! Atq; huc quoq; Vestras, CIVES hono-  
ratissimi, mentes perducere impræsentiarum placuit, dum, ut fre-  
quentes huic efferendo *Beatissima N.* Funeri adsitis, rogandi estis.  
Démonstrabitis ei, quam Deus ipse Rostochio nostro aliquot per  
annos credidit Viduam, ut suis prodesse & nobis posset precatibus,  
honorem hunc ultimum, exequiasque promptissimâ Vestrâ præ-  
sentia cohonestabitis. Enitentur eò MOERENTES, ut in omni  
officiorum genere paratos se vicissim ad omnia, utinam semper  
lætiora, exhibeant. Verbò: Facietis ne, quæ vivens in terris  
multas attigit, quas non omnibus contingit adire, prosperitates,  
post mortem, quam cœli exceptit felicitas, apud Nos in exequiis in-  
cipiat non nihil infelix videri. Hoc est, quod omni studio ac hu-  
manitate abs Vobis contendimus. Valet. P. P. d. XXIX.

Februarii, Anno MDC LXXXIV. Sub Sigill.

RECTOR.

*Conveniemus in Aede Jacob. hor. 1.*

175(0)90












Mariti obitum ad sociata, ad mortem us  
perduravit, victu & domo FILIÆ usa per  
quã & quò fas erat honore & officiis culta est.  
Opt. Max. illam ulterius in Patientia Gymnasii  
visum est, Matronam beatam, variis morbo  
affligere, quæ subinde confluctata, in hacce p  
uti decuit, inque omni ad deũ fidam se consti  
probat; firma fiducia illi innixa, quæ nos  
gonizantesque convalidare & demortuos e  
tare potest. Tandem præterlapso tertio Febr  
vis acrius surere cœpit, magnisque convulsion  
rum dolore gravioribusque paroxysmis, Mat  
tanto cum impetu aggressa est, ut exhausta v  
bro undarum assultu laxata navicula, morti  
& Filia Nepotesque in ea & medicaminibus &  
bendis, frustra operam insumpserint: quod e  
adversus mortem? Sentiens igitur emigr  
me, summo studio Deo uniri ferebatur. Accer  
**M. Gottlob Friedrich Seligman**  
Rect. & P. P. nec non Archidiaconus ad D. Jacob. u  
nario, devote & grandi cum desiderio S. Sancti  
ticeps facta, ab eodemque ad Mediatorem nost  
generis humani JESUM & sacrosancta ejus r  
ia suavissimis consolationibus mirifice erecta  
demum instante mortis articulo, adventante  
25. Febr. Ao. 1684. 4. matutina inter manus l  
berorum & Nepotum, pie, placide, ruente  
malè fido tabernaculo, eis in & Oes regnum vobis  
Annos nata LXX. liberorum XIV. Avia, IV. z  
Ita habet vita, ita mortis historia. En verò felicitat  
felicissimum Complementum! Duobusque scipior  
habet Curia Pofoniensis Inscriptio (ap. Chytr.) S  
bilis: Recordatione vita honestè antea & spe  
la præcessit, hæc nunc secuta est; illa & pietate &



the scale towards document